Epicedia,

in

Præmaturum qvidem, beatum tamen Obitum

Ornatißimi doctrina & virtute Viri,

DN. JOACHIMI NECCERI,

Scholæ Sedinensis Senatoriæ Collegæ ut fidelissimi, ita desideratissimi

non sine gemitu & suspiriis

ab

ejusdem olim Collegis & Amicis

fusa.

STETINI, Typis GEORGII GOETSCHII.
ANNO 1636.

TE Schola nostra Scholæ tradit JOACHIME polari,
Quâ Sanctos requies cassa labore manet.
Vocem audin'? Huc huc ò Serve fidelis adesdum:
In parvis fidus, magna brabeja feres.
O lætam vocem, luctum quæ lenijt omnem!
O tandem & nostris auribus illa sonet!

M. JOH. MICRÆLIUS.

VUlgus ait, qvod sit *mutatio qvæq; periclo*
Juncta. Qvod id verum sit, Joachime, probas.
Conductas etenim mutasti nuper ut ædes,
Mutasti vitæ munia morte simul.
Sed tamen hæc mutatio non infausta videtur:
Gratuita in cœlis nam Tibi parta domus,
Absq; labore potes qvam possedisse qvietè,
Exemtus curis omnibus, atq; malis.
Gratulor hanc sortẽ subitâ tibi morte paratã,
Et similẽ, Christ9 qvum volet, opto mihi.

M. Martinus Bambamius, PL. &
Scb: Sed: Sen: ConR.

Dn. Joachimo Neckero amico, dum viveret, carissimo.

MIllè modis nos vexamur, Joachime, brabéum
tu cœleste capis; nos at acerba manent:
Mille modis hostis consumit, dissipat, aufert
nostra, & nostrorum fletibus & lacbrymis.
Tutè nihil curas hæc, ad cœlestia tendens,
nec qvid mercedis poscat in orbe labor.
O tecum benè sic; qvamvis tibi gratia detur
hîc rara, exiguum proq; labore feras:
(Miles pro parvo & nullo sudore brabéum
amplum, non meritus, tollere sæpe solet:
Sic stylus: ex magno parvam sudore juventus
mercedem ingratâ mente referre studet.)
Attamen in cœli mercedis sede paratum est
sat tibi, qvam Christus morte paravit ovans.
Hac fruere; atq; mei subitò qvi forte seqvar te,
esto memor: Felix CHRISTE migrare dato.

Daß ist.

WAnn Vndanck groß Besoldung wer/
So würd ein jeder kommen her/
Vnd wolt hie Schul *Collega* seyn:
Es bringt abr ring in Beutel ein.
Diesr gute from vnd fleissig Mann
Der hat allzeit das sein gethan/

Mit

Mit bösen Bubn / kriegt ringen Lohn /
Bringt kaum noch einen Sarg davon.
Drumb wird jhm Gott im Himmel hoch
Sein Lohn wol geben hundertfach.
Die aber so Vndanckbahr seyn
Wird Er bezahln in d'rhellen Pein.

Amico mœstus amiCuS.

MOrtuus est Collega meus Joachimus, honore
Dignus vir, memori & Corde relictꝰ obit.
Cur non assiduè pergam redamare Docentē,
Et Pædotribam pro puerûm studijs.
Consvetudo facit mentes dissolvier ægrè,
Vita concordi qui sociâre manus.
Propterea requiem placidam tibi comprecor ultrà,
Angelicoq; adsis portio grata choro.

Honoris & Sum: Condol. grat. apposuit

MANFRIEDUS LOLEIUS
S.S.S.C. & Bac: Jag:

 I. Ava-

I. Αναγραμμα Hebræum

ex

יְהוֹיָקִים נֶקֶר

fit

i.e. : יוֹם יִקְנֶה יְקָר

Dies acqviret gloriam.

ἐξήγησις.

QVælibet in peius ruitura videbat Amicus
Et Collega Scholæ, Neccarus: Inde gemit.
In tenebris versor, lumen concedat Jöva;
Terram Nox urget; Splendet at aura poli.
Anne *Dies acqviret* ademptum lucis *honorem*
Qvemq; mihi? Sic est: ergo valeto Schola.
Nubibus ut Mundus sceleratæ cingitur auræ;
Sic mea vita suis non caruit nebulis.
Ergo Dies vitæ melioris prome decorem,
Et me diripias scandala ne noceant.
Inq; choro, inq; foro, inq; toro mala scandala regnant,
Non tamen astipular talibus ipse modis.
Phosphorus æternæ exoritur mihi postea vitæ Ps. 12.
Et Deus apparet, qvam bonus ipse fuat. v. 4.

II. Anagr. Latinum

Joachimus Neccerus Mortuus

Ortu sum necis, ac hoc usu rami.

ἐξήγησις.

MOrtales qvi nos vocat, haut injurius ulli est,
Mors seqvitur juvenem, decrepitumq; senem.
Nec parcit mediæ ætati, sexumq; virilem
Femineumq; rapit mors pariterq; pium.
Symbolon ut factum de nomine utroq; fatetur,
O Joachime, tuum, mortue Neccarides.

Ortu

Ortu ſum *natuq́ʒ* necis *certiſſima præda*,

Ut natura mori reÿcit omnis, ais:

Significasq́ʒ necis noſtræ pòſt αἴτιον ἄλλο,

Iram perpetuam, quæ rapit omne decus.

Sic te mancipium dicis factum necis, uſu

Rami, *qvem fas eſt nos tenuiſſe manu.*

Nam Corylus gracilis Betulaq́ʒ tenerrima virga

Nos armare ſolet cis puerile nefas.

Qvô ſit cottidie mors noſtri ſerpat in ollam

Corporis, & numeret certa brabeja ſcholis.

Robore ſi multô careat qvis fortè Docentum,

Non oneratus abit dives olympiadum.

Attenuant curæ corpuſcula noſtra diurna,

Ut graviora ſeqvi pragmata nulla queant.

Sic nos cum Necaro vitam perpendere oportet,

Et ſimul ante diem corda parare pia.

III. Explicatio Nominis Joachimi.

Pliſſimum Regem fuiſſe *Joſiam* *2.Paral.36.*
Ex literis conſtat ſacris, & filijs
Hanc indolem deſideravit inſeri.
Proinde nomen contulit *Jebojakim*
Uni, fuiſſe cariorem cæteris
Qvem exiſtimo, nam ſigna dat ſpei ſuæ.
Rempublicam langvere ſæpe conſpicit,
Solamen effert ex Dei præſentia
Et παγκρατησία κ' ἀναστάσει θεοῦ.
Hinc nomen imponit ſuo pòſt filio:
Jehova ſurget, qvomodo? an ſveto modo.
Non credo id intendiſſe ſpiritum, ſed id
Qvod Iobus afflictiſſimus de Goele
Suo ſibi ſpoſpondit. Inde myſtica
Vis nominis conſtat, qvod & ſcivit Νεκρὸς

Noſter,

Noster, petivitq; inde solamen pium,
Contra metum mortis gravem pro gaudio.
Jehova surget Victor orci & inferûm,
In carne qvi pro crimine est demortuus,
Et vindicabit omne qvod contrarium
Sibi fuit suisq; confidentibus.

ultimis honoribus suo p. t. Dn. Collegæ f.
Jacobus Möllerus Collega Scholæ afflictissimus.

O Neccere, animæ dimidium meæ,
O Collega fide non dubiâ, quid est
Quod *par compositum tam benè* rumpimur?
Cur me non eadem fata manent, mori
Quando Te video, & lumina claudere?
Sed qui res hominum dirigit arbiter
Æquus, Te mihi nunc surripuit DEUS.
Idem, ne mala Cor spiritualia
Spirans hîc premerent amplius, abstulit
Te mundo: Ergo DEO junctus, & incola
Cœli factus ovas nil metuens mali.

Supremis Collegæ sui desideratissimi honoribus
l. mq. consecrab.
Thomas VVismarus
S. S. S. p. t. Coll.

FINIS.

